

*CAPUT PRIMUM.*  
DE SCRIPTURA SACRA, ET VER-  
BO DEI SCRIPTO PRÆ-  
DICATO.

Cum Sacra Scriptura principium sit Uni-  
versæ Theologiæ, Theoricæ & Practicæ, ac ca-  
suum, meritò ab eo ordimur, & hoc primum  
nostrum Caput constituimus, A cujus enim  
cognitione reliqua dependent, hujus <sup>èzaria</sup> pri-  
mum locum sibi jure vendicat,

QVÆST. I.

*Quomodo erigenda Conscientia, quæ de religio-  
nis Christianæ veritate dubitare  
incipit?*

II.

**H**ic inculcari oportet afflictæ conscientiæ, quod religio  
Christiana contineat præcepta talia, quibus sanctiora, per-  
fectiora, & æquiora dari non possunt. e. g. Diliges Domi-  
num Deum tuum ex toto corde, &c. Diligite inimicos,  
&c. Qui aspicit mulierem, ut eam concupiscat, jam adul-  
teravit eam in corde suo. Item: Ihr sollt dem Bbel nicht widerstreben/  
etc. Samblet euch nicht Schätze auff Erden / etc. Quid æquius, quàm  
quod Christus nos redemerit à maledictione Legis, quod dicit gaudi-  
um fore in cœlis super uno peccatore resipiscente Luc. 15.

2. Inculcari debet afflictæ conscientiæ efficacia doctrinæ Chri-  
stianæ, quis enim negabit doctrinam illam omni parte divinam esse,  
quæ citra gladium, & armatam manum diffudit se brevi tempore per  
uni.